



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Die XIX. Junii. In Festo S. Julianæ De Falconeriis Virg.

[S.l.], [ca. 1770]

Lectio IV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62798](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62798)

IN II. NOCTURNO.

Lectio IV.

Juliana ex nobili Falconeria Familia Clarissimo Patre, qui templum Deiparæ ab Angelo salutatae ære suo magnificè à fundamentis Florentiæ, ut nunc visitur, erexit, Matre Reguardata, ambobus jam senescensibus, ac ad id tempus sterilibus, nata est anno millesimo ducentesimo septuagesimo. Ab incunabulis non exiguum futuræ sanctitatis specimen dedit: vagientibus quippe labris, suavissima Jesu, & Mariæ nomina ultrò proferre audita est. Pueritiam postmodum ingressa totam se christianis virtutibus mancipavit, in quibus adeò excelluit, ut Beatus Alexius patruus, cujus institutis, ac exemplis instruebatur, Matri dicere non dubitaverit, ipsam non sceminam peperisse, sed Angelum; nam ita modesto vultu, animoque ab omni, vel levissimâ erroris maculâ pura fuit, ut oculos nunquam in toto vitæ cursu ad hominis faciem intuendam erexerit, auditoque peccati vocabulo contremuerit, imò sceleris narratione perculsa, illicò propè exanimis corruerit. Expleto nondum decimoquinto ætatis suæ anno, re familiari, licèt opulenta, terrenisque posthabitis nuptiis, Deo virginitatem in manibus divi Philippi Benitii solemniter vovit, ab eoque omnium
prima

pr
ut

J
ter
di
M
leg
de
D
n
ta
cu
co
se
qu
du
pi
di
en
ex
ta
fe
li
da
co
nu

I

prima religiosum Mantellatarum habitum,
ut dicunt, sumpsit. *ꝛ.* Propter veritatem.

Lectio V.

Julianæ exemplum secutæ sunt plurimæ
ex nobilioribus Familiis fœminæ, ac Ma-
ter ipsa Filiæ sese religiosè instituendam de-
dit, ita ut, aucto paulatim numero, Ordinem
Mantellatarum instituerit, ac illi piè vivendi
leges summâ prudentiâ, ac sanctitate tradi-
derit. Ejus virtutes cùm optimè perspectas
Divus Benitus haberet, morti proximus,
nulli meliùs, quàm Julianæ, non fœminas
tantùm, sed & totum Servorum Ordinem,
cujus Propagator, & Moderator extiterat,
commendatum voluit. Verùm ipsa demissè semper de
se cogitabat, & cùm cæterarum esset Magistra, in re quâ-
que domesticâ, licet vili, Sororibus famulabatur. Assi-
duitate orandi integros insumebat dies, in ecstasi sæ-
pissimè rapta, & si reliquum, in sedandis Civium disti-
diis, criminosis à via iniquitatis retrahendis, ac inservi-
endis impendebat ægrotis, quorum quandòque saniem
ex ulceribus manantem admoto ore lambens, eos sani-
tati restituebat. Corpus suum flagris, nodosis funiculis,
ferreis cingulis, vigiliis, humi nudæ cubando, terere so-
lita fuit. Parcissimè cibo, & hoc vili quatuor hebdoma-
dæ diebus, & reliquis duobus solo Angelorum pane
contenta, excepto die Sabbati, quo pane solo, & aquâ
nutriebatur. *ꝛ.* Dilexisti justitiam.

Lectio VI,

Durâ hujusmodi vivendi ratione in stomachi mor-
bum incidit, quo ingravescente, cùm septuagesi-
mum